



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

SS. Svlpitivs Et Servilianvs MM. 20. Aprilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

198 VITÆ SANCTORVM 20. April.

mos cruciatuſ id unum habituruſ ſolatiū , quod
pendens demum ad exemplum Christi animam
efflavit. Cadaver ejus in speluncam abjectum eſt,
ne à Iudeis , ſed feris laniatum credi poſſet ; iuſta
nihilo minus ei Cælum perſolvit , multa face circum
cadaver accenſa , quaë WERNHERI innocen-
tiam & Iudæorum crudelitatem detexit. Ex Suri-

Ad celum reſpice , brevissima hujus vitæ termi-
num tibi ante oculos pone ; & cum quo de villicatio-
ne tua rationem poñere debas , ſolitus meditare .
Quid enim proderit hodie auro & gemmis contegi-
fi eras cōtingat nudum & reum ad inferni supplicia
per trahiri S. Pet. Damian. l. 7. Ep. 15.

SS. SVLPITIVS ET SERVILIANVS MM.
20. Aprilis.

Rursum te ad nuptias invitamus , ſed (quem-
admodum ſemper factum eſt) Agni ; qui
imò , ſi luber , ad chōreas etiam , non quidem ut
ducas , ſed ut ſpectes , ſimulq; illud etiam fareatis ,
verum dixiſſe , qui ferè ebrios & iuſanos saltare
dixit. Ecce SVLPITIO Euphrosyna , SERVILIANO
Theodora deſpondet , & Aurelianō Conſulis
filio Domitilba promiſit. Iam quatit Hyme-
næus faces , jam locus , jam amor ridet , mox la-
crymas daturi. Nam interea Domitilla Euphrosy-
nam & Theodoram familiares ſuas Christo con-
ciliat ; hæ verò eidem ſponsos etiam ſuos , adni-
tente iterum Domitillā , dum ejus opera Christum
videt cæcus , & mutus loquitur. At nimirū interea
ſolus Aurelianus cœcutit , ſolus hic non ſana lo-
quitur. Quin adeò tibicines jam ſolus conducit ,
& pede frequenti terram pulsans in exitium ſuum
jam pridem Orcum laborat evocare. Iamque duos
omnino

20. April. VITÆ SÆCTORVM. 399

omnino dies totidēque noctes assiduas saltando se exercuerat, cùm quiescit tandem morte subitâ prostratus, nec jam ille domum Domitillam, sed illum domum Proserpina ducit. Porrò SERVILIANNVS & SVLPITIVS, firmari his miraculis, non dubitarunt posteà pro Deo & castitate cervices præbere secuti secandas, rectius capite, quām Aurelianus pede saltaturi. Ex gestis SS. Nerei & Achillei apud Sur.

Debet bene conscientia mentis esse latitia non inconditio confessationibus, non nuptialibus excitata symphonii; ibi enim intuta verecundia, illecebra suspecta est, ubi comes deliciarum extrema est saltatio, Nemo enim, ut dixit quidam secularium Doctor, saltat sobrius, nisi qui insanit. S. Ambr. l. 3. de Virg.

S. AGNES POLITIANA V. 20. Aprilis.

NAtale solum AGNETI mons Politianus est. Quo die in lucem prodit, multis vicinus æther facibusstellans illustris vitæ primordia celebravit. Nono ætatis anno, quo virginis aliętore pendens à matribus, D. Dominici institutum in sacro Parthenone complectitur. Quindecim annis pane & aquâ vicitur; sœpeque cælesti pluviam, qualis Hebræis per desertos Arabiæ campos monventibus annona fuit, inter precandum est opera. Tres aliquando gemmulas ei Deipara dono derat, vaticinata, suo honori aliquot ab AGNETE templo constituenda. Iesulum alias in finum ejus infuderat: cuius è collo crucem eam abstraxit, quæ in hæc usque tempora ad facti memoriam piorumque venerationem conservatur. Sæpè ab Angelo divinam hostiam accepit. Balneum, quo valetudinis causâ utebatur, cælesti manna in-